



**Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis
Aquinatis**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.

De iudicio dei [con]tra iudaicu[m] populu[m] in deserto murmurante[m].
Ser. xj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

De timore iudiciorum.

ergo ab omnibus est deus: qui etiam creaturas suas armat ad ultionem inimicorum suorum qui sit semper benedictus in secula seculorum. Amen.

De iudicio dei contra iudaicum populum ingratum de deo murmurante.

Sermo. xj.



Nisi fuisset pec-

cata grandia populi iudaici: non tam frequenter per misericordiam dei in deserto duris castigationibus illum visitasset. Elegit namque iudeorum gentem pre ceteris nationibus mundi: et tamen quanto plura illis collata sunt donata beneficia: tanto crebrius ad iracundiam dei suis sceleribus concitauerunt. Accirco in hoc sermone de iudicio dei contra iudeos criminosos in deserto dicemus. De quibus tria mysteria proponimus declaranda.

Primum de beneficiorum largitio.

Secundum multorum peccatorum commissio.

Tertium diuersarum penarum incussio.

De septem amplissimis beneficiis quae largitus est deus populo iudeorum. Cap. i.



Iugatus est deus clementissimus amplissima beneficia largiri populo iudeorum: postquam illum liberauerat de seruitute egyptiaca. Ob quod gentiles conuersi ad fidem dicebant iudeis baptizatis: ut refertur in prologo in epistolam ad romanos. Quanto maiora erga vos dei beneficia narraueritis: tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. Ut ergo de beneficiis populo iudaico exhibitis plenam noticiam habeamus: in hoc mysterio septem beneficia erant enumeranda atque disserenda.

Primum de aquarum dulcoratio.

Secundum celestis cibatio.

Tertium viarum directio.

Quartum aque de petraeductio.

Quintum inimicorum expugnatio.

Sextum legis illustratio.

Septimum miraculorum frequens

coruscatio.

De dulcoratione aquae fluminis marath.



Primum beneficium quod largitus est deus populo iudeorum fuit aquarum dulcoratio. Ut enim scribitur Ezechiel. xxi.

post transitum maris rubri: egressi sunt in desertum sur: ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem et non inueniebant aquam: et venerunt in marath nec poterant bibere aquas de marath: eo quod amare essent. Et hoc dicit Ambrosius de consuetudine. di. ij. c. Reuera. Marath fluvius amarissimus erat: ita ut sitiens populus bibere non posset. Ezechiel. xxi. quod dicitur: Venerunt in marath. sit per anticipationem: quod locus ille adhuc non vocabatur marath: sed si vocatus est a filiis israel propter amaritudinem aquae secundum quod subditur in terra. Unde congruum nomen loco imposuit: scilicet populus israel. Magister in historia addit: Non solum dicebatur marath pro amaritudine aquae sed etiam pro amaritudine animi. Amarior quidem est qui sitit: qui non inuenit potum: quam si inuentum gustare non possit. Recitat enim hoc propositum Plutarchus in vita marci antonii quod dum marcus antonius contra indos et parthos bellum gereret: veratus ab eis per iuga montium cum exercitu fugiebat. Edebant namque romani multis diebus radices et herbas incognitas et cruciabantur a siti: quod in montibus per quos ibant non erant aquae: et parthi tenebant planities. Venerunt tandem ad flumen cuius aqua erat gelida et clara: sed quia erat salsa faciebat viscera dolorosa. Ob quod flebant omnes velut conspicerent paratam mortem. Quare marcus antonius coegit quandam familiarem suum quicumque inderet sibi caput abscinderet: ut neque viuum posset ab hostibus ledi: neque cognosci mortuum. Ab his tamen periculis tandem evasit. Sic ergo populus iudeorum querelae lamentationibus replebat. Clamavit ad dominum moyses. et ostendit ei lignum: quod cum posuisset

in aqua mor aque dulcorate sunt et fa-
cte potabiles. Sed ego puto maius nos
bis spianis beneficiū concessum quā in
aquis ipsi baptizari voluit: insinuans
baptismū in aqua fore faciendū. Iudei
nāq; in aquis marath dulcoratis reso-
cillarunt corpora: nos in aquis baptismi
recreamus animas: et spiritualiū dono-
rū vbertate illas replemus. De effecti-
bus aut baptismi dixi i quadagesima
li de pnia in sermone de baptismo.
¶ De coturnicibus et manna.

Ecundū beneficiū qd largi-
tus est de populo iudeorū: fuit
celestis cibatio. Scribitur
nāq; Ero. xvj. q. trigésimo
die ab exitu eorū de egypto
defecerunt eis victualia. Lūc; orasset
moyses ad dñm vespere ascēdēs coturnix
de sinu arabico: vbi pcpue nutrit fin-
magistrū in historia: operuit castrat ad
labitū ppli capiebāt. Nicol. de lyra in-
quit: Coturnix est avis pinguis et sapi-
da. Et sumit singulare p plurali. i. mul-
titudine coturnicū. Māne dñs cui oraret
moyses: descendit manna. Et vt scribit
Nume. xj. Erat māna quasi semē coriā-
dri: coloris bdellij: qd est sic crystall; fin-
Nico. de lyra. Circūibatq; ppls: et col-
ligēs illud frāgebat mola siue terebat
in mortario coquēs in olla: et faciēs ex
eo rotundas. Et vt habet Ero. xvj. Erat
gustus ei; quasi simile cū melle. Ubi di-
cit Nico. de lyra. Simila est farina triti-
ci delicatissima. Sapor igit illi; māne
erat qñs sapor panis facti de simila cum
comixtione mellis. Scdm aut Nico. de
lyra. de ista manna fuerūt octo manda-
ta. ¶ Primū vt mane colligerent. Hora
enī colligēdi erat post ortū solis: eleua-
to rore qui erat sup manna p vapores.
Erat quidē desup manna ros congelat-
tus: qui resolvebat oriēte sole. Quare
manna colligi poterat vsq; ad horam
secrā: tūc incipiebat liquefieri ad mo-
dū pñme. Ad ignē vō indurabat et for-
mabantur inde panes. ¶ Scdm māda-
tum fuit colligerēt ad sufficientiam:

et non plus. ¶ Tertū vt comederēt mē-
surā gomor. Sed dubius hic oritur: qz
non est idē per singula capita medium
omnib;: sicut dī. ij. ethicorū: qd non idē
est mediū miloni: de quo dī: qd comede-
bat in die bouē integrū qui erat suffi-
ciens pluribus hoibus. Ideo cibus cō-
ueniēs vni: alteri plus indigēti est de-
ficiēs: et min; indigēti est supabūdās.
Respondet Nico. de lyra qd iste cib; da-
batur diuino miraculo: ita eodem mo-
do fiebat vt plurimū idigēti sufficeret:
et a min; indigēte cōsumi absq; supflui-
tate valeret. Dicit aut iosephus qd ex
diuina puidētia factū fuit hoc ne ex
cupiditate et gulositate illi qui fortio-
res erant plus debito vellent colligere:
et sic debiliores debito alimēto pnuarē-
tur: et in populo seditio oriret. ¶ Quartū
mandatū fuit: vt nō relinquerent vsq;
mane. Et dimiserūt quidā. s. dathan et
abiron vt dicunt hebrei: et scatere cepit
vermib; et cōputrescere. Hoc dñs nō con-
tigit ex natura manne: qz seruari pote-
rat. Sed erat ex voluntate dei: ne aliq;
ex cupiditate et gulositate plus debito
vellent colligere ad seruādū quod esset
ocasio malorū. ¶ Quintū pceptū fuit:
vt die sexta colligerēt duplū. ¶ Sextū
vt reseruarent vnū gomor p sabbato.
¶ Septimū vt illud comederent in die
sabbati. ¶ Octauū vt impleteretur vas
continēs gomor ad seruādū in futu-
ras generatiōes. De isto māna dicitur
Sap. xvj. Panē de celo pstitisti illis si-
ne labore: oē delectamentū in se haben-
tē: et ois saporis suauitatē. Nico. de ly-
ra ait: Hoc intelligit nō ex natura mā-
ne: sed ex merito sanctorū hominū qui
eū comedeāt quib; sapiebat sicut de-
derant. Malis enim hominibus ex
eorū demerito desipiebat. ¶ An Numeri
xj. c. dicebant: Nihil vident oculi nostri
nisi manna. Anima nostra nauseat sup
cibo isto leuissimo. Et dicebatur panis
de celo: quia generabāt in celo aereo:
et panis angelorū: quia in descēsu man-
ne cooperabantur angeli: nō qd angeli

De timore iudiciorum.

ipsorescerentur: quia ipsi non indigent cibo corporali. Hoc cibo aliti sunt filii israel quadraginta annis donec venirent in terram habitabilem. scilicet in terram Chanana: quae fuerat eis promissa. Et ut dicit Nicolaus de lyra. non statim defecit manna cum intrauerunt illam: quia transito iordane fecere circuncisionem in galgalis: et postea celebrauerunt pascha: et in crastino pasche cessauit manna. ut habet Josue. v. c. Satis tamen cito post ingressus terre Chanana defecit. Miranda profecto sunt omnia quae de isto cibo dicta sunt. Et ut dicit Ambrosius. lib. de sacramentis: reuera mirabile est frater: quod manna plueret dominus patribus in deserto: qui quotidiano celi pascebatur alimento. Verumtamen his omnibus maius est: quod nobis christianis exhibet: verum scilicet corpus christi in sacramento altaris.

¶ De mirabili ducatu populi iudaici.

Eritium beneficium quod largitus est deus populo iudeorum: fuit viarum directio. Et enim habetur Exo. xiiij. Angelus domini precedebat castra israel: et cum eo pariter columnam nubis. Et Numeri. ix. dicitur: quod die qua erectum est tabernaculum: operuit illud nubes. A vespere autem super thronum erat quasi species ignis usque mane. Sic fiebat iugiter per diem operiebat illum nubes: et per noctem quasi species ignis. Cumque ablata fuisset nubes quae tabernaculum proregebat tunc proficiscebantur filii israel: et in locum ibi steterunt nubes: ibi castrametabantur. Ad imperium domini proficiscebantur: et ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes: tabernaculum manebat in eodem loco. Dicit Nicolaus de lyra: quod nubes mouebatur angelico presidio vel ministerio. Sed maius beneficium nobis christiana hic concessum est quibus via summi boni verbo et exemplo a christo est manifestata. Nam cum philosophi plurimum desudassent querentes noscere in quo luminis bonum consisteret: euauerunt in cogitationibus suis. Et Harrobertus

fert Augustinus in libro. de ciuitate dei. c. lx. dicit ducentas octoginta octo opiniones falsas de beatitudine philosophos ipsos habuisse. Opere secula aurea: ipsi presentia illustrata. O felicitas temporis nostra in quibus omnes qui volunt scire possunt: quod perfecta beatitudo consistit in deo. Hinc Lactantius. lib. vii. diuinarum institutionum ait: Pater enim non steret et dominus: qui condidit firmamentum: qui libratam magnitudine suam terram vallauit montibus: maribus distinxit: et quicquid est in hoc opere mundi conflauit: perfecit est in nihilum: perspicuis erroribus hominum ducem mittit: qui nobis viam iusticie panderet. Tunc lesquamur omnes: hunc audiamus: hunc deuotissime pareamus: quoniam solus ut ait Lucretius. Veridicus hominum purgavit pectora dictis. Et finem statuit torpedinis atque timoris. Ostenditque bonum summum quo tendimus omnes. Quid foret atque viam monstrauit limite paruo. Nec tamen ostendit sed etiam precessit: ne quis difficultatis gratia iter virtutis hereret.

¶ De flumina a quibus contra naturam. Martum beneficium fuit a quibus de petraeductio. Et enim habetur Exo. xvij. dum venissent raphidi defecisset aqua dixit Moyses ad dominum. Adhuc pusillus et lapidabit me. Inquit Nicolaus de lyra: quod hoc dicebat moyses ductus timore naturali: qui cadit in perfectum virum. Et magis dicebat timore populi: ne eo interfecto a domino recederet per idolatriam. Et ait dominus ad Moysen. Sume de senioribus israel. Nicol. de lyra. scilicet ut sint testes quod antea ibi non fuerunt fontes vel aque: ac etiam ut per hoc appareat dei miraculum. Subditque deus. Et vade ad petram oreb: percutiesque virga. Magister in hystoria. Oreb sic dicta propter oreb qui occisus est in ea: factusque est ita. Et egressi sunt aque: et bibit populus. Sed his omnibus amplius est quod nos accepimus: non

ytis aquam de petra: sed sanguinem
preciosissimum de corpore iesu christi.
An Petrus. s. epla. c. s. dicebat: Nō cor-
ruptibilis auro vel argento redempti
esset: sed precioso sanguine agni incon-
taminati et immaculati christi.

De inimicorū expugnatione.



Quintū beneficiū fuit inimicorū
expugnatione debellatio. Dicitur nāq; Exo. xvij. *Ue-*
nit autē Amalech: ut pugnaret aduersus israel in raphis-
dim. Notandū hic fm̄ Nico. de lyra: qdā
glosa super istū locū dicit qd amalech
fuit filiū hīmaelis a quo dicti sunt
amalechite: qui et hīmaelīte. Ipsi sunt
saraceni. Quod autē. s. Paral. s. c. dī qd
Eliphaz p̄mogenitū Esau genuit Ama-
lech: dicunt sequētes dictam glosam qd
fuit alius: et sunt duo eiusdē nominis.
S; hoc dictū de sacra scriptura nō ha-
bet autoritatē: imo p̄ueratē quia Ben.
xviij. c. s. Paral. s. c. dī expresse qd Ama-
lech fuit filiū Eliphaz: p̄mogenitū Esau
nec legitur alius Amalech. Insup Jō-
sephus in. ij. antiquitatū libro dicit qd
ab Amalech filio Eliphaz: dicti sunt
amalechite. Hoc etiam colligitur ex. ij.
Reg. s. c. vbi dī qd filius Doeche idumei
venit ad Dauid nūciāns mortē Sau-
lis. Licet em̄ non exprīmatur ibi qd fue-
rit filius Doeche: tñ oēs expositores con-
corditer hoc dicunt. Et cū interrogaretur
a Dauid: quis esset ait: Filius hoīs
aduene amalechite ego sum. Ex quo vi-
detur qd amalechite sunt idumei. Et sic
nō descēderūt ab hīmaele: s; ab Esau.
Quare autē isti amalechite insurrexere
aduersus iudeos: dicit Nico. de lyra su-
per. xv. c. Exodi qd ipsi et populi q̄ erant
eis confederati: audientes qd filij israel
transierant mare rubrū: et essent in des-
erto eis propinquo irati sunt: timētes
ne inuaderent terram eorū: et ideo ante
q̄ essent magis fortificati: voluere eos
delere: et ascendere ad pugnandum cū
ipsis. Super. xvij. c. Exod. aliā causam
assignat Nico. de lyra. ex parte populi

israel. Ad hoc enim permisit deus bel-
lū illud insurgere: ut ex victoria sequē-
ti essent audaciores decetero p̄tra ad-
uersarios insurgētes: et de spolijs ama-
lech essent muniti armis et alijs neces-
sarijs: que fugientes dimiserunt. Elegit
autē Moyses Josue: de tribu Ephraim:
virum bellicosum: cui et paucos tradidit
armatos: fm̄ magistrum in histo-
ria: plurimos ad custodiam castrorum
retinuit. Ipse autem ascendit in mon-
tem habens virgam dei in manu: ut ex
hoc victoria deo ascriberetur. Ascende-
re q̄ cum Aaron et Ur: qui Ur fm̄ Jo-
sephum fuit maritus Marie. Cūq; les-
uaret Moyses manus vincebat israel.
Ubi apparet orationis efficacā. Sin-
guli autem et paululus remisissent: vincebat
Amalech. Quo comperto Ur et Aaron
supposuerunt ei lapidem: et ex vtraq;
parte manus eius sustentabant. Erant
enim graues pro labore orandi. In cū-
ius rei figura fm̄ magistrum in histo-
ria: sacerdos eleuat manus in missa: et
etiam in figura christi orantis in cruce.
Nec remisit moyses manus vsq; ad so-
lis occasus. Fugauitq; Josue amalech
in ore gladij. Nobis hō christians glo-
riosior est victoria: qui per christum de-
mones superamus. Nam ut diximus in
sermone de bello demonum: priusq;
christus moreretur in cruce omnes ius-
ti traherentur ad limbum. At exposit
penitenti latroni patefactus est para-
ditus.

De lege quam dedit Moysi deus.



Extum beneficiū qd largitus
est deus populo iudeorū dī-
cit legis illustratio. Ut em̄
habetur Exodi. xxxij. in mō-
te synai Moyses legem ac-
cepit a deo sibi datay. Qui reuersus est
de monte: portans duas tabulas testi-
monij manu scriptas ex vtraq; parte:
et factas opere domini. Dicit Rab-
bi Salomon: qd vnica scriptura erat
ibi: que tamen erat legibilis indiffe-
renter ex vna parte: sicut ex altera:

De timore iudiciorum.

quod erat valde mirabile: quia littera ex una parte figurata ordine recto in parte opposita apparet eius figura modo opposita. Vel potest dici aliter: tali miraculo: quia littere erant duplices: ita quod precepta erant sculpta ex una parte: et similiter ex altera. Has tabulas fregit Moyses: ut dicitur in tertio mysterio propter peccatum populi: reputas populum indignum: ut dicitur Nico. de lyra. accipere legem digito dei scriptam. Nec autem fractio tabularum signum fuit euacuationis legis: galium in aduentu christi. Tandem ut dicitur Exod. xxxiii. Ascendit Moyses montem de mandato dei: tulitque secum duas tabulas lapideas: instar prius. id est similes alijs prius factis in materia et in quantitate. Dicit Nico. de lyra quod de quo lapide fuerint non habet ex textu. Rabbi tamen Salomone tenet quod fuerint de lapide sapphyrico. Inquit enim quod deus ostendit Moysi unam massam talis lapidis formatam de nouo diuina virtute. de qua Moyses dolauit duas tabulas: idolature superflue fuerunt sue: et inde ditatus fuit multum. Sed hoc tacet Iosephus: qui prius fuit Rabbi Salomone. Fuit ergo Moyses in monte cum domino quadraginta diebus et quadraginta noctibus: nihil comedens aut bibens. Cumque descendisset de monte cum tabulis apparuit facies eius cornuta: et ipse ignorabat. Dicit magister in historia quod erant quidam radij miri splendoris procedentes in altum ad modum cornuum quos apostolus vocat gloriam vultus Moysi. h. ad Cor. iij. c. Unde in hebreo habet: Et non cognouit quod comuta esset lux faciei sue. ¶ Hic queritur quare Moyses non habuit ante hanc gloriam: cum locutus fuisset cum domino diu in monte. Et respondet Nico. de lyra quod aliqui dicunt quod non habuit ante ita limpida cognitionem de deo sicut post: ad quod denotandum apparuerunt tales radij. Alij dicunt quod hoc factum est ut populus qui per idolatrias peccauerat magis eum timeret: et haberet in reuerentia. Rabbi Salomone dicit quod fuit ex hoc quod dominus posuit manum suam super

faciem eius. Quare Moyses posuit velamen super faciem suam: cum loqueretur filiis israel: et locutus est eis omnia que sibi fuerunt imperata. Concludit magister in historia. Quantum hec gloria durauerit: et utrum semel vel pluries hoc accidit: ignoramus. Sed christianis lux amplius effusa est quibus euangelium effulgit.

¶ De miraculis et signis multiplicibus. **E**ptimum beneficium quod deus donauit populo iudeorum: fuit miraculum frequens conuulsio. Nam preter ea que diximus multa signa et mira-

acula de ipsis fuerunt ostensa. Miraculum certe fuit quod Maria soror Aaron murmurans contra Moysen: statim fuit lepra percussa: et tandem Moysi oratione sanata: ut habet Numeri. xij. c. Miraculum fuit quod aperta est terra: et deglutit Dauid et Abiron. Numeri. xvj. c. Miraculum cum floruit regna Aaron Numeri. xvj. c. Et ne singula commemorent: quadraginta annis fuit ille populus in deserto comedens panem: nec bibens vinum: nec vestitus attrita sunt vestimenta eius: aut calciamenta consumpta: ut habet Deuter. xxi. c. Sed christianis maiora signa post christi aduentum monstrata sunt: quoniam in ecclesia sancta miracula fiunt. Quis non admiret ex aridis ossibus Nicolai sanctissimi apud Barum: et Matthei euangeliste apud Salernum: et Andree apostoli apud malsiam scaturire manna. Quid dicam de sanguine gloriosi martyris Genuarij. Conseruat quippe Neapoli in vase vitreo aut crystallino: esset semper frigus et congelatus. At dum caput prefati sancti deprope ponit sanguis ille ebulliens: tandem cunctis videtibus liquefit: et capite amoto rursus induratur: et congelatus non mouetur amplius. Omnes itaque dei benedicti: qui sic humano generi per tot innumera miracula virtutem potestatis dignatus est demonstrare. ¶ De multis miraculis quibus populus in deserto terauit et ad iram conuulsit deum excelsum.

N tanto cumulo beneficiorum non custodierunt iudei testamentum domini: et in lege eius noluerunt ambulare et obliti sunt beneficiorum eius: et mirabilius eius quod ostendit eis. Tentauerunt quidem deum excelsum: variisque peccatis maiestatem eius offendere. Idcirco in hoc. ij. c. de offensionibus iudeorum in deserto dicemus: quas reducemus ad septem.

Prima dei murmurationis.

Secunda inobedientie.

Tertia ingratitudinis.

Quarta idolatrie.

Quinta gule.

Sexta desperationis.

Septima fornicationis.

De septem peccatis populi: et primo qualiter murmurauerunt iudei contra deum et Moysen.

Prima offensio et peccatum iudeorum in deserto dei murmurationis. Nam contra Moysen murmurauerunt qui venerunt ad flumen marath: ut dicitur Exo. xv. Tres qui dicebant: Utinam mortui essemus per manus domini in terra egypti: id est per plagam ab eo immissam: cum patremogenitis egyptiorum qui sedebamus super ollas carniū: et comedebamus panem in saturitate. Cur eduxisti nos in desertum istud: ut occideres omnem hanc multitudinem fame. Exo. xv. c. Et qui venerunt in raphidim: ubi non erat aqua: iurgati sunt contra Moysen. Quibus ipse dixit: Quid iurgamini contra me et tetatis dominum? Exo. xvij. c. Sed hic posset aliquis querere: Quare deus eduxit eos per talē viam: ut patient defectum cibi et potus. Respondet Nico. de ly. quod hoc fuit ut ex frequenti necessitate oporteret eos recurrere ad dominum: et sic sub timore domini retineretur: per hoc etiam bonorum patientia et maiora impatiētia declararetur.

De inobedientia populi. Et cetera offensio fuit inobedientia. Quia multi collegerunt plus de manu quam fuerat ordinatum et

reservauerunt in die alteri: ut dicitur Exo. xv. De ingratitudine populi.

Etia offensio ingratitudo appellatur. In tot namque beneficiis male locuti sunt de deo. Dicitur namque Numeri xij. quod voluerunt sibi preficere duces ut reduceret eos in egyptum. Quare dixit deus moysi. Uscquo detrahet mihi populus iste? Quousque non credet mihi in omnibus signis que feci coram eis? Et infra comminatus est dicens: Nullus eorum qui viderunt signa que feci in egypto: numeratis. scilicet a viginti annis et supra: videbit terram pro qua iuravi patribus eorum preter caleph et iosue.

De idolatria populi.

Quarta offensio idolatria fuit. Et enim scribitur Exo. xxxij. Vidēs populus quod Moyses moram faceret dum esset in monte coram domino: dixit ad Aaron. Fac nobis deos. Rabbi salomon dicit: quod isti fuerunt egypti conversi ad iudaismum qui ascenderunt cum iudeis de egypto. Et isti qui erant nutriti in idolatria incitauerunt magnam partem de filijs israel: unde subiūgebatur. Moysi enim ignoramus quid acciderit. Secundum iosephum et magistrum in historia alij dicebant eum a bestiis comestum: alij a domino trāslatum: alij sane metis cum domino philosophantem. Ut deo sequitur in historia. Aaron et Ar resistenter. Sed indignatus populus spūes in faciem Ar spuris ut tradidit eum suffocavit. An timens aaron ait: Tollite in aures vestrorum et liberorum et afferte ad me. Dicit magister in historia quod hoc erat quod preciosus et carius habebatur: putās quod consules avaricie sue nollet afferre. Fecit tamen populus quod dixerat avidus ad idolatradum. Formavit itaque ope fusorio vitulum consatile: qui in egypto bovem adorauerunt. Namque ut dicit magister in historia in principio Exo. s. c. de submersione parvulorum: erat apud deum egyptiorum: ut Plinius dicit: qui et testatur se eum vidisse. Quidam taurus qui ex improvisis egrediebatur de flumine: habes in

De timore iudiciorum.

humero dextero signū cādidū instar lū-
ne corniculatē; atq; cū statim cōsuerēt
egyptij omī genere musicorū psallentes
leuabāt in aera; et sup eos tāq; psallēs
ferebāt ⁊ ad motū vel stationem ipsius
in terra mouebātur ⁊ stabāt; ⁊ eodē die
euanescebāt. Que oīa demonū artificio
complebātur: vt docet Aug. lib. xviij. de
ciui. dei. c. v. Formato itaq; virulo di-
xit populus. Vt sunt dñi tui israel qui te
eduxerūt de terra egypti. Fecitq; aaron
altare corā eo: ⁊ in crastinū induit solē
nitatē. Maneq; surgētes obrulerūt ho-
stias: seditq; populus manducare ⁊ bi-
bere: ⁊ surrexerūt ludere: idest adorare.
¶ Dic queritur quare aaron edificauit
altare? Et dicit Nīco. de lyra fm Rabbi
salomonē qd ad retardandam immola-
tionē: q; aut statim populus immolaf-
set sine altari: aut in momēto altare cō-
struxisset. Ideo subdit aaron. Eras so-
lēntas dñi est. Non dixit hodie: si forte
interim veniret moyses et impediret.
Tūc dixit dñs ad moysen. Descēde pec-
cauit populus tuus. Quasi dicat: non
meus propter idolatriā. Vel ex eo quia
erat moyses illi populo mansuetus: vt
prz. xlv. dis. c. disciplina. ⁊. xxiij. q. iij. c.
quid crudele. Subiūxit deus. Lerno qd
populus iste dure ceruicis sit. Dimitte
me vt irascat furor meus. Dixit autem
moyses. Quēso dñe quiescat ira tua: et
esto placabilis sup nequicia populi tui:
ne dicant egyptij. Callide eduxit eos vt
interficeret in mōtib;: quasi impotēs
dare terras quā promiserat. Recordare
abraā. quasi dicat. Si populus iste me-
ruit mori per incendiū: ecce abraā pater
eorū propter amorē tuū pietus fuit in
ignem chaldeorum. Sequitur textus: ⁊
ysaac: ac si dicat. Si populus meretur
mori per gladiū: ecce ysaac paratus fuit
pro te immolari. Et additur: ⁊ iacob. i.
si meruerit puniri populus exilio: ecce
israel tanq; exul fuit in mesopotamia
obediēs patri suo ⁊ tibi: quibus iurasti
per temetipsum qui es immutabilis de-
dāda terra chananeorū semini eorū. Pla-

catuq; est dñs: ⁊ moyses descendit.

¶ De gula populi.



Quinta offensio fuit gula: qñ
ardēter dicebant vt ponitur
Numeri. xij. Recordamur po-
sciū quos comedebamus in
egypto gratis. i. pro paruo
precio. In mentē nobis veniūt cucumer-
res: pepones: porri: cepe: ⁊ allia.

¶ De desperatione populi.



Sexta offensio fuit despera-
tio: qñ vt ponitur Numeri
xiiij. oīs turba Reuit di. Ali-
nā mortui essem⁹ i egypto:
nō in hac vasta solitudine.

¶ De fornicatione populi.



Septima offensio fuit fornicā-
tio. Scribitur namq; Nume-
ri. xvj. qd fornicatus est po-
pulus cum filiabus Abores:
que vocauere eos ad sacrificia
sua. Dicit hic Nicolaus de lyra: qd
Balaam sciens filios israel esse prono-
s ad luxuriam: dedit cōsiliū Balach re-
gi moabitarū: vt mitteret puellas pul-
chras et ornatas per exercitum eorū: et
qd iuuenes venientes ad se verbis allic-
cerent: ⁊ cum viderēt eos inflammatos
ad actum carnis: non permitterēt se ab
eis cognosci nisi prius comederent de
idolothitis: et idola adorarent que secū
portauerant: vt sic deus offenderetur: ⁊
populus israel ab eo percuteretur: ⁊ da-
retur in manus hostium. Dicit etiā Jos-
sephus: qd aliqui nobiles de israel acce-
perunt sibi vxores de illis. Et licz non
sit scriptus in isto. c. xvj. qd Balaam de-
dit tale cōsiliū: tamen habetur Exo-
di. xxxij. c. vbi dicitur: Nōne iste sunt que
deceperunt filios israel ad suggestio-
nem Balaam. Et Apocali. ij. c. dicitur:
Habeo aduersus te pauca: quoniam ha-
bes hic tenentes doctrinam Balaam:
qui docuit Balach mittere scandala eos-
rum filijs israel edere de sacrificijs idō-
lorum et fornicari.

¶ De septē plagis quibus populus pu-
nitus fuit.

Capm. iij

Item sceleribus iudeorum ad iram
condam concitatus dominus: fla-
gella multiplicia contra eos
misit. Et quia dictum sit pau-
loante in fine quarte offensio: quod dominus
fuit placatus: illud tamen intelligitur secundum Nis-
co. de lyra: quod deus non simul nec subito
populum idolatram et durum punivit.
Icarco advertendum est in hoc myste-
rio quod septem famosis plagis populus
ille percussus est.

Prima plaga fuit post adorationem
vituli: de qua dicitur Exod. xxxij. c. in fine.
Percussit dominus populum pro reatu vituli.
Nam postquam Moyses descendit de monte:
et vidit vitulum et choros: rediegit in pul-
verem vitulum: quem sparsit in aquis: et des-
cit et eo potum filii israel. Rabbi Salo-
mon dicit: quod iste aqua potate erat nocive
culpabilibus: causando in eis inflationes
et languores per quem poterant ab alijs dis-
cerni: alij autem erant dulces et viles: sicut
autem aque in sacrificio zelotipie ostende-
bat per effectum culpam mulieris vel eius
innocentiam: ut habetur Numeri. v. c. Alij
autem doctores dicunt quod color auri reman-
sit circa ora eorum qui erant culpabiles ita
quod barbe eorum videbantur auree: et sic ab
alijs distinguebantur. Quare filij Zevi
obediens Moysi zelo dei interfecerunt
et transgressibus viginti tria milia. Sa-
cto vero die altero Moyses oravit pro po-
pulo dicens Exodi. xxxij. Peccavit dominus
populus tuus iste. Aut dimitte eis no-
xam hanc: aut si non facis dele me de libro
tuo quem scripsisti. Dicit Rabbi Sa-
lomon: quod iste liber intelligitur lex: que
denominatur a Moysese eo quod fuit eius
minister. Est ergo sensus secundum eum. Dele
me de libro: ut scilicet lex non denomi-
netur nomine meo: nisi populus iste tibi
reconcilietur. Augustinus vero exponit dicens:
quod Moyses sic dixit ex confidentia et fa-
miliaritate divina: ut sit sensus. Sicut
certus sum quod non delebis me de libro
tuo: ita peto ut certifies me ut remis-
tas noxam isti populo.

Deigne qui descendit in castra.

Secunda plaga punitus est ille
populus propter peccata sua: quoniam
accessus ignis domini deuoravit
extremam partem castrorum: ut dicitur
Numeri. xij. c. Forte tibi erat magis cul-
pabiles. Tandem oratione Moysi ignis
absorptus: id est extinctus fuit.

Tertia plaga fuit postquam habuerunt
coturnices. Et enim habetur Numeri. xij. c.
Adhuc carnes erant in dentibus eorum: nec
defecerat hominum cibum: et ecce furor domini
concitatus in populum percussit eum plaga
magna nimis. Vocatusque est ille locus
sepulcrum concupiscentie. Ibi enim sepeliere
populum qui desiderauerat carnes. Dicit
magister in historia quod modus plage hic non
determinatur. Credimus tamen quod fuerit ignis.

Quarta plaga ponitur Numeri. xvi. c.
quoniam multitudo murmurabat contra Moysen
et Aaron dicentes: Nos interfecistis po-
pulum. Quiaque vellit eos obruere lapidibus:
fugerunt ad tabernaculum: et operuit eos
nubes: et apparuit gloria domini. Dicitur autem
qui quod non fuit illa que prebebat ducatum
populo: sed quedam parua nubes in qua
dominus solitus erat loqui cum Moysese. Alij
dicunt quod fuit illa que prebebat ducatum
sed stabat in alto super tabernaculum:
et tunc descendit operiens et ambiens arcum:
quaque ut nullus posset adire. Et egres-
sus ignis deuoravit populum. Fuerunt au-
tem percussi tredecim milia et octoginta.
Quinta plaga exprimitur Numeri. xxi.
quando profecti de monte hoc venerunt
in Galmanna. Et quia male loquebantur
de deo: misit dominus in populum serpentes
ignitos. Qui sic dicebantur secundum Nicolaum
de lyra: et magistrum in historia: quia nimis
miti et veloces erant ad modum scintilla-
rum: vel quia volantes per aera emitte-
bant scintillas ardentes: vel ex eo quod per
moisum eorum calefiebat caro ac si ignes-
tur. Tunc venerunt iudei a Moysen vi-
dentes mores plurimorum dicentes:
Peccauimus quia locuti sumus contra
deum: et tu ora ut tollat a nobis serpen-
tes. Oravitque moyses ad dominum. Qui dominus
ait: Fac serpentem eneeum: et pone in
num. liij

De timore iudiciorum.

pericam eminente in medio populi: et quicūq; percussus fuerit a serpente respiciat eū et uiuet. Et factū est ita. Dicit Rabbi Salomō: q̄ in serpēte nō erat virtus sanadi: sed aspiciētes serpētem cognoscebant afflictionē illā a deo sibi iuste illatā: petēdo mīam: et ipse deus sanabat eos. Rō autē mystica est: quia serps ille figurabat xp̄m passūz in cruce: per cui⁹ intuitū fidē et deuotionē sanamur a morsu sathane. Ex quo xps dixit Joh. iij. Sicut exaltauit moyses serpēte i deserto: ita exaltari opz filiū hoīs. Dicit m̄gr in histo. q̄ illū serpēte enēū habuerāt secū filij isrl̄ semp et magnifice repositus est in hierusalē. Tandē ob cultū supsticiōis quē sibi exhibebat populus cōminuit eū in puluere rex Ezechias: et posuit in torrēte cedron: sicut etiā pr̄z. iij. Reg. xviij. Sexta plaga enarrat Numer. xxi. qm̄. s. isrl̄ inuitat⁹ est. i. p̄secrat⁹ beelphegor idolo madiā: nitarū. Frat̄ autē dñs dixit ad moysen. Tolle cūctos principes ppli: et suspēde in patibulis p̄tra solē vt auertat furoz meus ab israhel. Dicit m̄gr in historia. Forte q̄ subditos nō corripiebant duces tribuum voluit suspendi vel poti⁹ principes. i. autores huius idolatrie. Occisq; sunt. xxiij. milia hominum. Septima plaga fuit qm̄ iuuenes plurimi zelo phinees accensī: multa milia hoīm p̄cusserunt. Et em̄ refert ioseph⁹ et ponit Nume. xxi. p̄ncipes trib⁹ Sibimeon zambū filiā cuiusdā potētis madianitar⁹ duxerat: q̄ dicebat corbi. Qui vxore iubēte in qdā solēnitare cū alijs ducib⁹ deo nō imolauit. Q̄obrem cum a moysē rep̄hēderent in ḡnālī qui colebāt idola nō deū: ille corā oib⁹ p̄fessus est se alienigenā durisse: et se idola colere: nec tyrānicis legib⁹ q̄s ipse sibi moyses iposuerat obnoxii esse: q̄b⁹ sub figmēto legū et dei grauiori seruitute populū p̄mebat q̄ egyptij: cū propriū auferebat viuendī arbitriū. Et discedēs coram omni turba que flebat ante fores tabernaculī intrauit tabernaculū

vxoris. Surgēsq; phinees fili⁹ eleazar de medio multitudinis: et accepto p̄gione ingressus est post illū i lupanar. Et cū inuenisset coeūtes p̄fodit amboz in locis genitalib⁹. Quo exēplo multi mori idolatras plurimos occiderunt. Quid plura? Et cōcluditur in prologo in eplam ad romanos: ita crebra puocatione dñm irritauerunt: vt oēs in beremo morerent nec plures ex sententiā eoz q̄ duo homines terram promissionis intrarunt. Nos igitur caueam⁹ nobis: ne deum contra nos propter peccā nostra puocemus: q̄ quanto plura delicta q̄s suscepim⁹ donatū tāto graui⁹ ra nra facinora delictaq; reputant. Et si illa deponere neglexeremus: non negliget aut retardabit vltionē deus qui est benedictus in secula. Amen.

De iudicio dei cōtra iudeos in hierusalē habitantes. Sermo. xij.



Edict deus po

pulo iudeoz ciuitatem hierosolymitanā ad inhabitandū: in qua reposit⁹ Nabuchodonosor rex babylonis tm̄ excreuerat iniquitates et execrāda mala q̄ de⁹ oēm populū traxidit in manus inimic⁹ suor⁹ et ciuitate debellata: omnes virosq; sexusq; isto iudicio dei captiui ducti sunt in babylonē. Neq; ob aliā cām tā graue damnū incurrerūt: nisi q̄ diuina mādā cōtēnebāt erātq; deo celi abominabiles et erosī. Ad qd̄ dare intelligendū statui in hoc sermone de iudicio dei p̄tra iudeos in hierusalē cōmorātes loqui. De quo si plenā noticiā habere voluerimus: necesse est vt tria mysteria differamus.

Prīmū dicitur glorie.

Secundū nequie.

Tertium pene.

De gloria et magnificentia ciuitatis hierusalem. Capm. i.



Exaltauit deus gloriā ciuitatis hierosolymitanę: et fecit illam speciosam et decoram